AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 80r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

euis narratio · Hic uil itaq; aliud intelligendum arbitror · n
non quidem aliam fuisse mulierem que peccatrix · te accessit
ad pedes ihu · & osculata est & lauit lacrimis · & tersit capil
lis · & unxit unguento · cui dns adhibita similitudine de
duob; debitoribus ait · dimissa ee peccata multa · qm dilexit
multum · si; eande mariam bis hoc fecisse · semel scilicet quod
lucas narrauit cum primo accedens cum illa humilitate &
lacrimis meruit peccatorum remissionem · nam & hoc iohannes
quamuis non sic lucas quemadmodum factum eet nar
rauerit · tamen ipsam mariam commendans commemo
rat · cum iam de lazaro resuscitando cepisset loqui · ante
quam ueniret in bethaniam · quod ita ibi narrat · Erat
autem ibi quidam languens lazarus · a bethania de castello
marie & marthe · sororis eius · Maria autem erat que unxit
dnm unguento · & extersit pedes eius capillis suis · cui
fr lazarus infirmabatur · hoc docens iohannes attestat
luce · qui hoc in domo pharisei cuiusdam symonis factu
esse narrauit · Iam itaq; hoc maria fecerat · Quod autem
in bethania rursus fecit · aliude · quod ad luce narrationem
non pertinet · si; pariter narratur a trib; iohanne scilicet matheo
& marco · Inter istos & tres matheum marcum & iohannem
quemadmodum hoc conueniat attendamus · de quibus
non est dubium quod eandem rem narrent gestam in
bethania · ubi etiam discipuli quod omnes tres commemorant
murmurauerit aduersus mulierem tamquam de perditione
preciosissimi unguenti · Quod & matheus & marcus caput
omni unguento illo profusum dicunt · iohannes autem pedes · re
gula illa ostenditur non ee contrarium qua demonstra